



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 73. Franciæ Regis epistola ad Cleri Comitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

§. LXXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1705.*Regis epistola ad Cleri comitia.*

Acceptis hisce Papæ literis Franciæ
Rex Clementis Constitutionem ad
Cleri Gallicani comitia transmisit, postulans, eam universi Regni Præsules acceptarent, ut ab eis receptam Rex ubique & ab omnibus promulgari, atque executioni dari, Regio diplomate præcipere posset. Hanc in rem Rex die secunda Augusti ad Clerum has dedit literas: „Ad reprimendas
„quorundam turbidi ingenii hominum
„machinationes, quibus altercationes
„ob Janseniani libri damnationem exor-
„tas innovare intenti, pacem Ecclesiæ
„perturbant, ad preces nostras sum-
„mus Pontifex eodem, quo ejus Præ-
„decessores spiritu animatus, post ex-
„actum, maturumque hujus rei exa-
„men, tandem tanti operis negotio
„ultimam admovit manum, ac die de-
„cima quinta Julii sua Constitutione
„Archiepiscopo Gualterio Immolensi
„Episcopo ac Nuntio suo in mandatis
„dedit, ut Nobis traderet literas, qui-
„bus pro præfatæ Constitutionis pro-
„mulgatione, ejusque per universam
„Regnum executione auctoritatem
Hist. Eccles. Tom. LXVII. R „meam

*Recueil des
Bull.*

Sæc. XVII. „meam interponere rogati sumus. Cum
A. C. 1705. „autem, servata tamen forma Sacris
 „Decretis & Ecclesiæ Gallicanæ praxi
 „stabilita, tranquillitatem, quæ hujus
 „Constitutionis fructus esse debet, Re-
 „gni nostri Ecclesiis prompte reddi ar-
 „denter desideremus, opportunitate
 „vestri Conventus Parisiensis jussu no-
 „stro convocati utendum ratus, hujus
 „Constitutionis transumptum vobis eo-
 „sine transmittimus, ut eam reveren-
 „tia Pontifici debita, ac consueto ve-
 „stro Ecclesiæ bonum utilitatemque
 „promovendi Zelo recipiatis, Horta-
 „mur itaque vos, ut de ejus accepta-
 „tione, necnon de opportunis illam in
 „omnibus Regni Diæcesibus in usum
 „deducendi mediis nulla mora delibe-
 „retis, ut de vestra acceptatione, ve-
 „stroque consilio certiores redditi, præ-
 „fatæ Constitutionis promulgationem,
 „ac per universum Regnum, Provin-
 „cias, & loca executionem præcipere
 „valeamus, rogantes, ut Deus Vos
 „custodiat &c. „

§. LXXIV.

*Cleri Gallicani acta in causa Consti-
 tutionis Pontificiæ.*

*Argentre
 Coll. Jud.
 t. 3. p. 450.*

Altera mox die Cardinalis Noallius
 Parisiensis Archiepiscopus in publicis
 Cleri